



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XLVI. Eyn Vidimus Bischoff Ludwigs zu Brandenburk vber dess nechstgesetzten Bischoff Heinrichs zu Haulberk briefe vber die Pfarre zu krumbeke vnd ist derselb brief von worte zu wort jnseriret.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XLV. Ein brieff Bifchoff Heinrichs zu Huelberck, dorin er dem Clofter dafs Pfarlehen zu Krumbek vereigent vnd nachgibt daffelbe jafs Clofter zu wenden vnd zu uorandern.

In nomine domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia Huelbergenfis ecclesie Episcopus, omnibus presentem litteram auditoris seu inspecturis in domino salutem. Licet omnibus ex officii nostri debito caritatis effectum et munus beneficentie, quantum preualemus, intendere te-neamur, maxime tamen uiris religios, qui paupertatem uoluntariam elegerunt et diuinis obsequiis quoad uixerint exequendis se deuouerunt, caritatis officium libentius inpendimus et liberalius exhibemus. Hinc est quod nos, de unanimitate consensu prepositi et nostri capituli tractatu super hoc habito diligenti, uiris religios quam plurimum nobis in Christo dilectis, Monachis Cenobii Hemel-  
 porte, Cystericiensis ordinis, nouelle plantationis, ut in bonis et personis ad ampliandum cultum diuinum in melius proficiant et uberius inualeant, Concedimus liberaliter et donamus Ecclesiam parrochiam in Crumbeke, in terra Stargardie sitam, nostre Dyocesis, cum manfis dotalibus et cum omnibus uniuersaliter ad eandem Ecclesiam pertinentibus, pleno iure, ita quod de dicta ecclesia et de manfis dotalibus et de omnibus ad eandem iure dotis pertinentibus, Dum tamen proprii sacerdotis, qui pro tempore presuerit, consensus accesserit, uel eandem per mortem seu resignationem uacare contigerit, per monachum seu conducticium ordinandi et disponendi uel officianti secundum Deum et proprias conscientias, prout sibi et Christi fidelibus in eadem parrochia degentibus uiderint expedire, liberam habeant facultatem. Concedimus nihilominus dictis monachis, ut exempta uilla et in culturam agrorum redacta, dictam Ecclesiam in oratorium siue Cappellam ualeant conuertere et, nullius obstante contradictione, suis usibus penitus applicare. Ipsi uero Abbas et conuentus monasterii supradicti se nobis in quibusdam diuinis obsequiis pro salute anime nostre nostrorumque successorum inibi perpetuo exequendis liberaliter obligarunt, utpote lampadem iugiter ardentem ibidem comparent et habeant et missam unam pro peccatis singulis septimanis dici faciant omni tempore, quo durabit locus superius memoratus. Datum anno domini Millesimo Trecentesimo decimo nono, in die beate Elyzabeth etc.

Auscultata et collationata est hec copia cum suo uero Originali per me Erasmus Seidell, Notarium Publ. supradictum, et concordat cum eodem de uerbo ad uerbum, quod attestor hoc meo proprio chyrographo.

XLVI. Eyn Vidimus Bifchoff Ludwigs zu Brandenburck vber des nechstgefatzten Bifchoff Heinrichs zu Huelberck briefe vber die Pfarre zu krumbeke vnd ist derselb brief von worte zu wort iuseriret.

Ludewicus, dei gratia Brandemburgensis ecclesie Episcopus, Tenore presentium recognoscimus publice et testamur, Quod literas Domini Henrici, quondam Huelbergenfis Ecclesie Episcopi felicitis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua sui parte uiciatas, Vidimus pariter et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: In nomine domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia Huelbergenfis ecclesie Episcopus, omnibus presentem litteram auditoris seu inspecturis in domino salutem etc. Volget nun ferrer der Inhalt, wi in dem nechstobgefatzten briefe de uerbo ad uerbum zu befindenn. Datum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>. in die beate Elizabeth. — In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est

appenfum. Datum Scrapftorp, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXV., feria quarta post dominicam, qua cantatur Quafimodogeniti etc.

Dise Copey dess Vidimus vergleicht sich auch mitt frem Original von wort zu wort, dass bezeuge Ich obgenanter Notari Erasmus Seydell mit diser meiner eigen handschrift.

XLVII. Volgett ein ander Vidimus Bifchoff Ludwigs von Brandenburg, Hern Heinrichs von Mekelnburks etc. obgesetzten Briefs vnd Duplett vber dafs dorff Krumbek, In der Alten Regiftratuer No. 4 zu befinden.

Lodeuicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas domini Henrici, quondam Magnopolensis et Stargardie felicitis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abollitas, non rafas, nec in aliqua fui parte uiciatas, Vidimus pariter et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum:

In nomine domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia Magnopolensis et Stargardie dominus, tenore presentium ad noticiam deuenire uolumus singulorum etc., vnd ist der brieff weiter von wort zu wort Inferiret bis zum Ende, wie hiroben aufs der Copei des Originals zw befindenn.

In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appenfum. Datum Scrapftorp, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXV., feria Quinta post domicam, qua cantatur Misericordia domini.

Dise obgesetzte Copej dess Vidimus vorgleicht sich auch mit Irem Pergamenen Original von Wort zu wort, dess zu Vrkundt Habe Ich mich oftgenanter Notari E. Seydell Hiran mit eigner handt vnterschiebenn.

XLVIII. Eyn Brieff Arnoldi Vtzen, Dorinne er bekennet, dafs er dem Clofter Himmelpforten XXXV schilling Brandenburgisch Zinfs Im dorff Krumbek verkaufft habe etc.

Ego Arnoldus Vizten protestor et recognosco publice per presentes et uniuersis, ad quos presentia peruenerint, Cupio fore notum, quod matura deliberatione prehibata et proprio motu rite et rationabiliter uendidi Reuerendo in Christo patri Domino petro, Abbati ecclesie Celliporte, et suo conuentui censum triginta quinque solidorum Brandenburgensium denariorum, ita quod pro singulis solidis Brandemburgensibus XXXVIII denarii recipi debeant Slaicales, in uilla ipsorum Krumbek, quem hucusque possedi, pro triginta una marcis Slaicalibus et dimidia, mihi integraliter perfolutis, resignans eundem censum ad manus dictorum domini Abbatis et sui conuentus in perpetuum possidendum, uoce oris et manibus solemniter et expresse, renuncians omni iuri, quod habui in censu predicto, Vel si quid mihi uel alicui heredum meorum posset competere in futurum, penitus et ex toto. In cuius uenditionis testimonium sigillum meum cum Sigillis uirorum discretorum, scilicet: reuerendi patris Domini Henrici, Abbatis de Stolp, Domini Johannis, plebani in Werben, et Buffonis famuli de Dollis, presentibus est appenfum. Datum et actum